

82

Lib. I. Cap. IV.

22. Nota : Non sufficit ad univoca univocata: si habent idem nomen & eandem naturam, sed habere debent eandem naturam per illud ipsum commune nomen denotatam, unde e.g. licet *fidus* & *animal latrans* habeant idem nomen, nempe *canis*, & eandem naturam, nempe *corporis*, non tamen univoca sunt, quia non habent eandem naturam per nomen illud commune *canis* denotatam.

23. Univoca 2. sunt vel essentialia vel accidentalialia.

24. Essentialia sunt, quæ præter commune nomen habent eandem naturam per illud denotatam, quæ ipsis essentialis est, e. g. *Homo* & *brutum* habent præter commune nomen *animal* eandem naturam animalis, quæ utrique est essentialis.

25. Accidentalialia sunt, quæ præter commune nomen eandem habent naturam per illud denotatam, quæ ipsis accidit, e. g. *nix* & *cygnus* præter nomen commune *album* habent eandem naturam, nempe albedinem, quæ tamen utrique accidit.

26. Hic quidam inter æquivoca & univoca media ponunt analogæ & communia ἄρξ ἐν ἡ ἀφ' ἐνός, ad unum vel ab uno.

27. Ana-